



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Durandum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM

LIBER XLVIII.

DE IIS, QUÆ PER INCUDEM, MALLEUM, ARA-
TRUM, FLAGELLUM, FRÆNUM, LAQUEUM, CATE-
NAS, JUGA ET UNCUM SIGNIFICANTUR.

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD ERUDITISS. ARNOLDUM. ARLENIUM.

Non sum nescius, Arnoldi eruditissime, ubi commentarii hujus tibi dedicati titulum inspexeris, a-
nimo te concitatore ac subitito forsitan dicturum esse, quorsum mihi incudes, huius & malleus ara-
tri, flagella, fræna, laqueos, catenas, jugs, & odiosum ubiq, nomen Uncum, id genus prosuera: an
ego veluti Vulcanus alter fabrilem facere jubeor? an alia queris vincula mihi superimere, quæ
quibus opprimor, tot Ægyptiorum nugis, ut recta & castigata pro dire possim procurandis? Tolle, tolle ista, &
exquire aliquid, & excude quod me deceat, vel unde optatissimum mihi possim otium comparare. Responsu-
rus sum, Bona verba, quæso Arnoldi mi nullum hinc tibi bellum intentatur, nullum paratur incommodum:
mea instrumenta sunt ejus generis, ut vel sedens, vel stratus, nullo labore singula possis atrectare: quæ
quid in his laboris desumendum fuerat, id à me jam exhaustum tibi persuadeas. Memineris tantum ferrius
tui memorem esse, nihilq, cogitasse, quod tibi vel molestum, vel injucundum accidere, aut minime liberali:
voluisse vero in hac commentariorum suorum divisione, se sibi unamini amicitia necessarium: in adoptione
ad rerum suarum participationem admittere, heresicunda familia jure. Quod vero instrumenti tibi cre-
nisset, ne ulla hæredum cavillatione auferri posset, donationis etiam nomine censeret: sed qua simplici do-
natio sit, nulla Homericæ carminis additione facta.

*δι τὸ τὸ μοι ἀπέγνῃ Φέγειν ὅς δ' ὠκεία τῶν
Sed hac plus nimio, cum amicitia nostræ simplicitas omni boni consilere debeat, nullaque indigeat mi-
ne, quicquid dictum factumque sit. Quid vero sibi velint instrumenta tot facile discas ex eorum unoquoque
quod in manum sumpseris.*

DE INCUDE. CAP. I.

Inter instrumenta primum non injuria locum occupant Incus & Malleus, quorum quidem opera
Iea fiunt instrumenta, quæ faciendis reliquis ministerium præbent. Ab Incude igitur prius exordi-
amur.

DURANDUM. CAP. II.

Juniorum inventum esse putaram olim, ut ad casuum damna ferendo vindicanda, Incudem quis
proponeret: sed posteaquam in Græcum distichon incidi, luculentum quidem, sed incerti autho-
ris, figmentum hoc antiquum quid sapere perspexi. Est id hujusmodi:

*ἄνω γὰρ
δύτα quasi
ἄνω γὰρ,
quod nullis
ἔστι, fati-
getur.*

*ἀνω γὰρ ἔστι τὸ φέγειν τὸν τῶν ἰσχυρῶν
κτλ ἢ τὸ φέγειν τὸν τῶν ἰσχυρῶν ἔστι.
Strepitus nec incus maxima horrescit, neque
Mens firma quæqua traxerit violentiam.*
Incus igitur hieroglyphicum fortissimi ponatur animi, si ve pro præcepto, quo in advertis durandum
admoneamur, neque ullis procellarum sevientium tempestatibus moveamur, sed contra Fortune
quantumlibet injuriarum ictus enitamar, ne ullus labefactandi locus illi relinquatur. Neque asperna-
tus est Cicero hieroglyphicam hujusmodi similitudinem lib. de Orat. secundo, ubi dicit, *Assidua nos
opere eandem incudem noctemque tundentibus*, de iis qui perstante, ut Lucretius ait, labore, vincunt,
quod designarunt facere.

TERRA